

git, sed qui in eius presentia id refert: & ideo detractiones, ac obmurmurationes Phariseorum in eius facie non commemorant, nec repetunt.

68.

1. Reg. 10. Caietan. Carthuf. 1. Reg. 10. Abulcraf.

Electo Saule in regem, filij Belial, hoc est viri furiosi, & indomiti: vt explicant Caietan, Carthufianus, & alij, dixerunt: num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera. 1. Reg. 10. num. 27. Et tamen pro tunc, vt notat Abulensis quaest. 28. nemo increpauit eos, nec de eorum verbis aliquid retulit Saul. Postea vero cum David venisset in Nobe ad Achimelech sacerdotem, a quo benigne est exceptus, eius subueniens necessitati; deditque ei sacerdos panem, & gladium. 1. Reg. 21. num. 6. Quae omnia, vt gesta erant Saul narrauit Doeg Edumaeus, qui erat primus inter pastores Saul. Vnde, inquit, filium Iesai in Nobe apud Achimelech, qui consuluit pro eo Dominum, & cibaria dedit ei, & gladium. 1. Reg. 22. n. 9. Beneficentia Achimelech in David statim Saul denuntiatur: & tamen maledicta, ac opprobria in eum iactata a filiis Belial, nullus est, qui Regi referat. Benevolentiae signa, in inimicum collata, in praesentia Regis possunt aperiri; non tamen detractiones, ipso absente, in eum interrogata: hoc enim est magnam in eum iniuriam impingere; nam quod alius non audet, nisi post tergum, & subfurrando dicere; tu tamen representate ante faciem impudenter non vereris.

Matth. 16. Dicit illis Iesus: Vos autem, quem me esse, dicitis?

VERSIONES.

Varabius. At vos, quem me dicitis esse?

ALTER TEXTVS.

Marc. 8. n. 20. Tunc dicit illis: Vos vero quem me esse dicitis?

Luc. 9. n. 20. Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis?

EXPOSITIO III.

69.



ICIT illis Iesus, Optime sciebat Dominus, quid Apostoli sentirent, Tamen eos interrogat, vt confitendo mereantur, & confessione ipsa laudata; in ea confirmantur; & nos eorum sententiam, & fidem agnoscentes, eos, vt pote Orbis destinatos doctores, imitemur, ac sequamur. De quo plura supra quaest. 2. Vos autem, Pronomen vos multam emphasim habet, qua Discipuli opponuntur, & separantur ab hominum turba. Vos autem, ait, qui continui fuistis, & operum meorum spectatores: & doctrinae meae auditores; qui familiariter mecum publice, priuatimque indiuidui socij estis; qui sal terrae, & lux mundi vocati estis; qui in nomine meo plurimas ipsi quoque fecistis virtutes; qui super turbas, & supra homines esse debetis, Quem me esse dicitis?

* *

QUESTIO IX.

Quare Christus separatim a turbis Discipulos interrogat; & non ait: Vos, quem filium hominis, sed quem me esse dicitis?

Ab hoc secundo quaestione incipio. Quare sicut quando Dominus supra a suis Discipulis quaesuit, quid de eo dicerent homines, se filium hominis vocauit: Quem dicunt homines esse filium hominis? modo vero cum Discipulos interrogat, non sic se nominat, sed de persona ponit quaestione, Vos autem, quem me esse dicitis?

D. Bernardus de gradibus Humilitatis. col. 4. Hominum de se opinionem a Discipulis inquirens, Quem dicunt inquit, homines esse, non me, sed filium hominis? Rursus eosdem interrogans, Quid de se ipsi quoque sentirent, Vos autem, non quem filium hominis, sed quem me, ait, esse dicitis? Carnalis videlicet populi sententiam de carne inquirens, nomen carnis, quod proprie est filius hominis, posuit; spirituales vero Discipulos de sua diuinitate interrogans, non filium hominis, sed signanter, me dixit. Quod denique Petrus intelligens, quid per hoc, quod dixerat, me, requisiti fuissent, sua responsione aperuit: Tu es, inquit, non Iesus filius Virginis, sed Christus, filius Dei. Cum Christus quaerit, quid homines carnales sentiant, quid carnis in eo erat, nempe filius hominis, proponit: cum vero spirituales suos Discipulos interrogat, de persona ponit quaestione: Vos, quem me esse dicitis? Ipso interrogationis modo eos, vt pote Discipulos suos, instruens, ac veluti manu ducens, vt de sua ferant diuinitate testimonium, & quid de eo sentiant, aperiant. Quod Petrus intelligens non ait, Tu es Christus filius hominis, sed filius Dei viui. Perspicax intellectus ex modo quaerendi penetrat interrogationis scopum.

Venio ad primam quaestione partem: Cur singulatim, ac separatim a turbis eos interrogat? Respondet primò D. Chrysostomus homil. 55. Hac secunda interrogatione monuit Dominus Discipulos, vt maiora de ipso cogitarent, ipso enim interrogationis modo ostendit, illas vulgares opiniones multum a sua dignitate abesse. Cum eos auditis populi sententiam interrogat, ipsos ab illis opinionibus trahebat, innuens, quid respondendum esset, vt non eandem sententiam, ac turba tenerent, sed vt qui tot, ac tanta ab eo viderant mirabilia, de eodem altiora dicerent, ac profiterentur. Idem docent Victor Antiochenus; Euthymius, & alij. Et hac etiam de causa, ait Antiochenus, eos interrogauit, non quid sentirent; sed primò quid turbæ de illo diceret. Simul quoque nec in exordio praedicationis hæc quaesuit, sed post multa miracula, & signa facta, multaque de rebus sublimibus, eiusque diuinitate data documenta; quibus omnibus optimè instruebantur, quid de eo sentire deberent, quidque respondere. De quo latè idem Chrysostomus.

Secundò Paulus Emisenus homo de natiuitate, habita Concilio Ephesino tom. 6. cap. 13. dicens. Vos, qui me tres iam annos secuti estis, & qui meam virtutem, & prodigia vidistis, & super mare ambulantem

70.

71.

Bernad.

Ex modo interrogationis deprehenditur scopus illius.

72.

Chrysof.

Christum cum interrogat, inquit, quid dicant Discipuli.

Vict. Antioch. Euthym.

73.

Paul. Emis.

Qui de Christi pane participat, alios homines cognitione excendit.

bulantem spectastis, & in eadem mensa mecum communicastis, quem me esse dicitis? Rectè Christus suos Discipulos a multitudine hominum extrahit, & tanquam nostram excedens fecerit; erant enim iam per tres annos Christum sequentes, in eiusque comitatu perseuerantes, panemque sacrum de eius manu communicantes: vnde de illis valde magna, & sublimia erant speranda: de illis enim, qui de Christi affluentia tantum hauriebant, excellentiora erant, in scientia ac cognitione, quam de cæteris hominibus suspicanda.

74. Marc. 6.

Theophyl.

Tertio. Cum Christus quaerit, quid de eo dicant homines, sub hominum appellatione Herodem regem comprehendit: Audiuit Herodes rex, & dicebat, quia Ioannes Baptista surrexit a mortuis. Marc. 6. num. 14. Vnde ait Theophylactus in praesenti. Qui Ioannem illum nominabant, erant ex iis, qui cum Herode putabant, Ioannem post resurrectionem etiam donum accepisse operandi miracula. Modò quaero: Si sub hominum appellatione Herodes rex denotabatur, cur etiam Apostoli, homines pauperuli non se arbitrantur intelligi, vt etiam ipsi suam sententiam proferant? Ad quid necessè est, vt Christus Dominum eos tanquam ab hominibus excipiens, singulariter interroget, Vos quem me esse dicitis? Herodes, etsi rex, communi tamen hominum vulgo includitur; at Discipuli, etsi conditione humiles, ab hominum multitudine extrahuntur, & tanquam humanam excedentes naturam ab aliis discriminantur. Hoc documento docemur, veram nobilitatem, veramque dignitatem, non a purpura, ac splendore regio, sed ab optimis moribus, ac virtutis meritis pensandam, ac censendam esse. Etsi Herodes corona esset redimitus, cum tamen vitiorum turpitudine existeret foetatus, inter plebeios, ac infimos homines indistinctus adscribitur. Apostoli vero diuini Spiritus luce illustrati, virtutum fastigio sublimati, etsi pauperuli viderentur, tanquam si iam essent ab humana conditione segregati, cum illis res agit, ac quaeritur. Abulensis quaest. 55. Hoc fuit, ait, ad ostendendam dignitatem Apostolorum, quia illi non erant, vt homines, sed vt Dij, quia aliquid de Christi Deitate sentiebant. Et ideo turbas vocauit homines, quia de Christo sentiebant esse hominem. Istos autem, quia plus humanitate de Christo sentiebant, non vocauit homines, sed a cæteris segregandos; dixit, Vos, sic dixit Hieronymus. Cuius verba statim subiicio.

In Christi schola, non attenditur dignitas, sed merita.

Abulens.

75. Hieron.

Excellentia Theologia.

76. Hieron.

Quartò D. Hieronymus. Qui de filio hominis loquuntur, homines sunt; qui diuinitatem eius intelligunt, non homines, sed Dij appellantur. Prudens lector, attende, quod ex consequentibus, textuque sermonis Apostoli nequaquam homines, sed Dij appellantur, Quaesuit Christus prius, quid de eo dicerent homines; postea vero interrogat Apostolos, quid de eo sentiant. Et tunc Apostoli, ait D. Hieronymus, nequaquam homines, sed Dij appellantur. Et cur non homines, sed Dij dicendi sunt? Rationem iam praemisera S. Doctor: Qui de filio hominis loquuntur, homines sunt; qui diuinitatem eius intelligunt, non homines, sed Dij appellantur, Qui Christi diuinitatem agnoscunt, de illaque loquuntur, humanam massam veluti exuunt, & in supernam conditionem euehuntur: O praclarum Theologicae disciplinae encomium, quae, cum in diuinitatis cognitione versetur, de illaque differat, quodammodo creaturae metas superexcedit.

Quintò. Idem D. Hieronymus. Prudens lector, Sylueira in Euang. Tom. IV.

attende, ait, quod ex consequentibus, textuque sermonis Apostoli nequaquam homines, sed Dij appellantur: cum enim dixisset, quem dicunt homines esse filium hominis? subiecit: vos autem, quem me esse dicitis? illis, quia homines sunt, humana opinantibus: vos, quia Dij estis, quem me esse existimatis, Interrogauit Dominus Discipulos suos, Quem dicunt homines esse filium hominis? Statim specialiter ad ipsos conuersus, Vos, quem me esse dicitis? Si quid de eo sentirent homines, iam erat indicatum, ad quid rursus percontatur Apostolos: cum etiam illi homines extiterint. Subiecit: Vos, quem me esse dicitis? illis, quia homines sunt humana opinantibus: Vos, quia estis Dij, quem me esse existimatis? Tam inustum, ac affixum est hominibus, aliorum magna igno- rante, & solum minima videre, vt dicatur, & praedicetur, quod, vt Apostoli diuinitatis Christi celsitudinem agnoscant, Interrogandi modo inu- nitur, quod ipsi super naturam humanam euolant, ac nostram conditionem transgrediuntur, vt de Christi diuinitate ferant testimonium.

Sextò. Ad eadem Hieronymi verba: Attende, prudens lector, quod ex consequentibus, textuque sermonis Apostoli nequaquam homines, sed Dij appellantur. Interrogabantur hic Apostoli, vt de Christi diuinitate darent testimonium, ad quam per totum terrarum orbem praedicandam erant electi; praedicare autem diuina mysteria, veritatemque annunciare, adeo humanas vires superexcedit, vt tanto muneri destinati, non homines, sed tanquam quid superius reputentur. Apostoli nequaquam homines, sed Dij appellantur.

Maximè ponderandus diuersus exordij modus apud Mattheum, & Marcum; nam ille sic initium ponit: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham: Hic vero sic incipit: Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei, Cur D. Mattheus Christi generationem per auos, ac ataos intexit; at vero D. Marcus nil de carne commemorans in titulo Christum ex Deo Patre natum scribit: D. Mattheus valde aptè ad suam intentionem sic exorditur: intendebat ostendere, Christum filium Dauid, ac Abraham, quod per tramitem generationis declarat. At D. Marcus ad quid statim in limine Verbum incarnatum ex Deo natum dixit, cū ille de aeterna processione, ac emanatione diuinarum personarum non agat; hoc enim in initio sui Euangelij explicandum proponit Ioannes? Ad quid ergo Marcus tam solerter in titulo Christum dicit filium Dei? Inter cæteros Euangelistas hoc habet D. Marcus peculiare, vt in principio suae historiae initia, ac fundamenta praedicationis Euangelicae proponat, a quomodo gentes erant exhortandae, ac vocandae ad baptismum, ac poenitentiam: Baptizans, & praedicans poenitentiam in remissionem peccatorum, Hoc, quod est praedicare, adeo super humanas vires per excessum est munus, soloque Deo dignum, vt de tanto munere dicturus Euangelista, quidquid est humanae fragilitatis, diuinitatem Christi commemorans, praetermisisset, nobis innuens, quod ex solo diuinitatis afflatu initia, ac fundamenta praedicationis prouenire valebant. Beda in exordio Euangelij Marci. Aptè, ait, qui scilicet Mattheus, humanam erat generationem descripturus, a filio hominis cepit, Dauid videlicet, sive Abraham, de quorum stirpe substantiam carnis assumpsit: aptè is, scilicet Marcus, qui librum suum ab initio Euangelicae praedicationis inchoabat, filium magis Dei appellare voluit Dominum nostrum Iesum Christum: quia nimirum diuine

Homo aliorum gloriam videre, ac dicere nescit.

77. Praedicationis munus adeo sublime, vt non homines, sed Dei esse videatur.

78.

Matth. 1. Marc. 1.

Praedicationis munus super vires humanae, solo Deo dignum.

Beda.

divina fuit potentia, Evangelium mundo predicare.

79. Matth. 3.

In Baptismo dat Pater de Filio testimonium, de eoque predicat: Hic est filius meus dilectus, Matth. 3. num. 17. Cum Ioannes videt Iesum ambulantem, ac venientem ad se, suis discipulis ait: Ecce Agnus Dei. Ioan. 1. num. 29. Quae inter se confertur, D. Chrysostomus apud Phorium pag. 1523. fragmentis homiliarum de Baptista decollatione. Ioannem predicabo, ait, & eius sapientiam omnibus vobis notam faciam: Ioannem, qui dimisit cum Patre predicationem Unigeniti: etenim ille, Hic est filius meus dilectus, desuper e caelo testatus est, hic vero infra in terra, Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi: & Pater per columbam Dilectum suum ostendit; ille digito ostendit mundo Redemptorem. Praedicat Pater Filij diuinitatem; praedicat & Ioannes mundi Redemptorem: & in ipso praedicationis negotio tantum extollitur Ioannes, vt videatur, eum à Patre tanquam comitem adfisci: Adeo sublimis est, Christum praedicare, ac annunciare, vt qui tali muneri incumbit, Patrem quodammodo videatur habere comitem, illique diuinæ vocis vices gerere, cum Patreque Vnigeniti praedicationem diuidere.

Ioannes Baptista cum Patre dimisit predicationem Vnigeniti.

Matth. 16. Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus filius Dei viui.

VERSIONES.

- Syriacus. Tu es Meschicho filius Dei viui.
Euthymius, Tu es Christus filius ille Theophylactus. Dei viuentis
D. Basil. homil. Filius Dei excelsi. de panit.
Salmeyron Tu es ille Christus, ille fitom. 4. part. 3. lius illius Dei, illius viuentis.
Graco.

ALTER TEXTVS.

- Marc. 8. n. 29. Respondens Petrus ait ei: Tu es Christus.
Luca 9. n. 20. Respondens Simon Petrus dixit: Christum Dei.

EXPOSITIO IV.

80.

ASSIM in Euangelio tantum nominatur Petrus, at verò hic, quando excellentissimam protulit confessionem qua ad summum apicem est euectus, non solum dicitur Petrus, sed Simon Petrus. Albertus magnus. Simon, idest obediens, per quod significatur, meritum ad congruentem responsionem. Psal. 118. num. 104. A mandatis tuis intellexi. Obedientia ei mandatorum plus dat intellectum, quam labor studiorum. Cum interrogatus à Domino, ex obedientia respondet, tunc praclarum edidit verbum, valdeque illustrem profert confessionem. Petrus. Idem Albertus magnus. Petrus Persica lingua, idest cognoscens, illum enim cognouit, de quo dicitur. Isai 45. num. 15. Vere tu es Deus absconditus.

Alb. magnus.

Psal. 118.

Obedientia intellexit.

Isaia 45.

Tu es Christus. D. Gregor. Thaumaturgus serm. de Christi Baptismo. Istis verbis, ait, calicus tonitruus in modum procedentibus illuminatum est humanum genus, cognoueruntque omnes differentiam Creatoris, & creaturae, Regis & militis, fidei, confirmati accesserunt per Baptisma ad Christum verum Deum nostrum. Lucem fulgentissimi radij, ac splendoris horum verborum intueamur. Fatetur Petrus Christum verum Messiam. Tu es Christus, idest Messias, vt habet Syriacus, vnctus à Deo vnctione Vnionis Hypostaticae cum Verbo in vnitate personae, constitutus summus Orbis Pontifex, Doctor, Rex & Propheta. Fateturq; Christum Dominum verum Deum, vt inquit D. Thom. nam Christus dicit naturam humanam subsistentem in persona Verbi. Tu es Christus, idest vnctus oleo Spiritus sancti; vnctio enim non conuenit ei, secundum diuinitatem, quia ab illa procedit, sed secundum humanitatem. Penetrat & Petrus ad Christi diuinitatem, dum ait: filius Dei viui, per aeternam scilicet generationem. Et articulus in Graeco multam habet emphasim: Ille fuit: scilicet vnicus, & naturalis Patri. Articulus appositus singularitatem importat: non enim est Christus filius, vt Baptista, Elias, & Prophetae qui erant filij adoptiui, quibus hic Petrus apponit, & anteponit Christum. Viui, seu Viuentis, qui formaliter viuit vita increata, & beata: & ponitur pro distinctione fictorum deorum, qui mortui sunt, vt ait D. Hieronymus. Confiteturque Petrus, inquit D. Paschasius; totam Trinitatem. Pater, & Filius praedicatur, cum dicitur filius Dei viui, cum verò Christus asseritur, idest vnctus à Spiritu sancto dicitur omni plenitudine gratiae. Ipse enim plenus est gratiae, & veritatis: à Ioan. 1. num. 14. testificatur. Et notandum, quod hic simpliciter ait: Tu es Christus filius Dei. At homines in nauj Matth. 14. n. 33. dixerunt: Vere filius Dei es. Sicut & in Caluario Centurio Matth. 27. n. 54. clamauit: Vere filius Dei erat iste. Agebant enim isti coram inimicis, & ideo assertionem, ac veluti iuramento Verè vtuntur. At Petrus dabat testimonium coram Discipulis, ac amicis, quibus vna simplex assertio fat erat. An verò Petrus primus cognouerit Christi diuinitatem? dicam quaest. 13.

81. Thaura.

Confessio Petri radijs mundi.

Syriacus.

Thomas.

82.

Hieron. Paschas.

Ioan. 1.

Matth. 14.

Matth. 27. Coram inimicis multa asseratione vtendum.

QUESTIO X.

Quare Petrus solus respondet? & an pro se solo; vel etiam pro omnibus alijs?

GRAUES sunt antiqui Patres asserentes, Petrum, quasi Apostolorum os, non pro se solo, sed pro omnibus respondiisse. D. Hieronymus: Petrus, ait, ex persona omnium Apostolorum profertur: Tu es Christus filius Dei viui. D. Augustinus serm. 13. de verbis Domini. Petrus, inquit, vnus pro multis dedit responsum. Idem docet D. Ambrosius lib. de Incarnat. cap. 4. Ioannes Cassianus lib. 3. de Incarnat. D. Paschasius lib. 8. in Matth. D. Anselmus. Albertus magnus. S. Thomas, Glossa Interlinealis. D. Dionysius Carthusianus, Lyranus, Iansenius, & alij. D. Hilarius verò, Abulensis quaest. 57. Maldonatus, Lucas Burgenfis, Barradas, Cornelius à lapide tenent, Petrum pro se solo respondiisse. Quae sententia mihi est probabilior. Probat, quia

83. Hieron. August. Ambros. Cassian. Paschas. Anselm. Alb. magnus. Thomas. Carthusian. Inter linealis. Lyranus. Iansenius.

84. Hilari. Abulens. Maldon.

Burgenf. Barad. Cornel.

Quia propter Petri verba Christus solum Petrum remunerat, ad eumque solum dirigit sermonem: Et ego dico tibi. Eumque solum beatum appellat: Beatus es Simon. Etique soli promittit clauces, nullam de reliquis Apostolis faciens mentionem. Ergo Petrus pro se solo loquutus est, suumque meritum in hac confessione explicauit, cui soli condignum praemium datum est à Domino. Dicitur autem pro ceteris Apostolis respondiisse, quia alijs Apostolis tacentibus, & forte de responsione haeritantibus ipse primus pro omnibus, dixit, quod alij respondere debebant; non quòd sciret, hoc omnium esse iudicium, siquid eum nullo de hac re habuerat sermonem; sed quia volebat, suam sententiam omnibus esse communem, & ita omnes sentire, vt ipse sentiebat: & audita hac sententia Petri, omnes illi acquieuerunt, & eidem sententiae subscriperunt.

85.

Paschas. Plusquam homo.

86.

Cyroll. Ioan 21. Chryloft.

Paschas.

Amor non patitur moras in re dilecti.

87.

Leo. Meritum eius facit honorem plausibilem.

Matth. 18.

Luc 22.

Cur nullus inuidet Petro.

raperentur. Vide tom. 2. cap. 10. quaest. 11. num. 78. 79. 80.

88. Abulens.

Tertio Abulensis q. 56. Cum essent Apostoli quaeriti de opinione populi, omnes responderunt, eo quòd nemo dubitabat, quid respondendum esset, cum planum esset, quid populus de Christo sentiret. Interrogari autem de propria sententia, fuerunt tardi in respondendo, forte quia timuerunt, quòd discordarent in respondendo; & nolebant redargui à Christo, sicut solitus erat arguere eos in similibus erroribus, vt patet hoc cap. 16. Matth. num. 8. Et quia volebant caute respondere, idè morabantur; & tunc quia Petrus erat ceteris feruentior, respondit, quia ipsa gratia ministrabat vires, ac animum, vt tam animosè affueuerant diceret: Tu es Christus filius Dei viui.

Matth. 16. Gratia dat vires ad natiuitatem.

89. Abulens. Populus quatuor passio rem suam in fide, & doctrina.

Quarto. Idem Abulensis. Petrus erat futurus pastor, & praefectus totius Orbis; vt igitur inueneretur, quòd populus debet tenere talem fidem, qualem eius pastor profitetur, idè Petrus, qui futurus erat vniuersalis pastor, solus respondet. Deinde voluit Christus, vt fidei Confessio esset per solum Petrum, vt denotaretur, quòd talis fides tenenda est, qualem praedicat Romana Ecclesia, quae est caput, & mater omnium Ecclesiarum, cui Petrus praefuit, cuiusque successor est Romanus Pontifex.

90.

Quinto. Cum Petrus ambulans super mare vidisset ventum validum, ac ceepisset mergi, aliquantulum haeritans dubitauit, an à tempestate premeretur, ac denotaretur. Tunc Christus, reprehendens eum, ait illi: Modica fidei quare dubitasti? Matth. 14. num. 30. Inde tanta oburgatione cautus iam omnem reiicit haeritacionem, ac dubietatem; ne in similem increpationem incidat; & indilate profilit, ac Christi diuinitatem profitetur. Magno virorum est, vt vna reprehensione multum proficiant ad alias euitandas.

Matth. 14. Nobilis vna reprehensione fit cautus ad aliam euitandam.

Sexto. Facta interrogacione à Christo: Vos quem me esse dicitis? Vidit Petrus suos condiscipulos tacentes, & aliquantulum dubitantes, quid dicerent. Deinde sciebat, quòd apud aliquos commilitones suos aliqua erat tarditas in fide: nam Iudas multum torpescerat; Philippus dicebat: Ostendo nobis Patrem, & sufficit nobis, Ioan. 14. num. 8. Ne ergo aliquis ex condiscipulis aliquid minus decens, ac idoneum de Christo proferret, ipse prior responsum praeripuit, ac vt ait Chrysostomus, profiliuit, & pro omnibus tanta festinate respondit. Valdè inusta est animo nobili festinatio, ne aliorum defectus, ac imbecillitates videantur, nec appareant.

Ioan. 14. Nobilis valde sedules, ne aliorum defectus videantur. Chryloft.

Conueniunt Pharisei ad Christum Dominum in Horto comprehendendum, quibus Dominus obuiam procedens dixit: Si ergo me quaeritis, sinite hos abire, Ioan. 18. num. 8. Ad quid Dominus hoc eis dixit: ad quid tanquam in pactum eis proponit: Sinite hos abire: optimè enim sciebat, quòd Iudaei tantum ipsum quaerebant, & quòd ad hoc missi etant à principibus sacerdotum. Deinde ipse sua potestate Discipulos ab eorum manibus facile eruere potest: nam verba haec: Sinite hos abire: per imperium sunt dicta. D. Cyrillus lib. 11. in Ioan. cap. 34. Inssit, Sinite Discipulos abire, Tandem Cur de se prius non conqueritur, quòd tanquam ad latronem cum gladiis, & sustibus venerit ad eum comprehendendum. Ante omnia imperat: Sinite hos abire? Abire iuber, ne fugientiam timidas

92.

Ioan. 18.

Cyroll.